

Göttingen. Diss. jur. 1800 - 1803.

1800. Breuls, de contractu commissionis ad merces commendas datae
(vom Commissions-Einkaufs-Contracte).
Dieterichs, Thalera de fructibus ultimi anni, et utrum veteri
utrum novo calendario sint adiudicandi.
Hoch, De differentia inter cambii cessionem et indossationem.
v. Post, De testamentificatione coniugum secundum statuta Bremensia.
Rose, De genuina unionis prolium indole et de iuribus atque ob-
ligationibus, quae per eam ... stabiliri ... dicuntur.
1801. Eichhorn, De differentia inter austragias et arbitros compromissarios.
Hoffmann, De indossatione cambii a iudeo in christianum facta.
Kellinghusen, De crimine homicidi eiusque speciebus habida
relatione inter C. C. et statuta Hamburgensia.
Lehmann, De valore principii neitati insurandum esse
servandum quod non vergit in dispendium salutis vel
in alterius detrimentum.
Lengebusch, De indole iuramenti diffensionis secundum ius Ger-
manicum commune.
1802. Bormester, De monopolio.
Hartmann, De capacitate feudorum.
Heise, ^{t.} De successoribus necessariis.
Heise, F.H., De natura atque indole contractus cambialis.
Martin, De indole contumaciae in causis civilibus contentiosis.
Meyersiek, De protestu maritimo. Von der Verklärung.
Rodbertus, De inofficiosi testamenti querela.

581

THESES SELECTAE
DISSERTATIONIS IN AVGVRALIS
DE
TESTAMENTIFACTI^{ON}E CONIVGV^M
SECVNDVM STATVTA BREMENSIA

QVAS
AVSPICIIS REGIIS
EX DECRETO
ILLVSTRIS IVRE CONSVLTORVM ORDINIS
PRO SVMMIS
IN VTROQVE IVRE CONSEQUENDIS HONORIBVS
PVBLICE DEFENDERE

CONABITVR
ALBERTVS HERMANNVS DE POST
BREMANS.

DIE APR. cI^occc.

GOTTINGAE,
IN OFFICINA GRAFIANA.

THESEIS SELECTAE
DISERTATIONIS INAGARVATIS

TESTAMENTA HONORIS CONVENTU
SCAMMUS SICULIA PREMUNIA

AVSTROGIBS REGII

EX LIBRIS

INTENDITIS ILLAS COELESTIONUM DILECTIONI

480 EMMICUS

IN TROPÆA VIRTUTIS CONSOLIDANTE HOMINIBUS

FABRICÆ DEDICATORIÆ

CONTRIBUTI

ALIAS HABITANS DE FORT

BENEFICIIS

DEI APR. 1690.

CONTRIBUTI

IN OSA MIGRA CANTABIA

S. I. R. GLAINTA
AVSTRIBAS

CELEBRIS ATQVE LIBERAE CIVITATIS

BREMENSIS

SENATVI

SPLENDIDISSIMO

OVAZIATIBA

VIRIS

PERILLVSTRBVS MAGNIFICIS
EXCELLENTISSIMIS AMPLISSIMIS
CONSVLTISSIMIS PRVDENTISSIMIS

DOMINIS

CONSVLIBVS

DOMINIS

SYNDICIS

DOMINIS

SENATORIBVS

P A T R I A E A P A T R I B V S

F A V T O R I B V S S V I S

I N D V L G E N T I S S I M I S

I V T A N Z E

E T I N H I S

P A T R I S V O O P T A T I S S I M O

A V T I S

S E S Y A Q V E O M N I A

L O C U S F E N T I S S I M I S A M P L I S S I M I S

C O M S A P T I S S I M I S D E V O T A M E N T E

D. D. D.

C O N S A V I T A Z E

D O M I N I S

S Y N D I C I S

D O M I N I S

S E N Y A I B A S A V C T O R A N K A Z E

*Antiquae sane & commendabili popularium meorum con-
suetudini pro viribus meis exilibus satisfacturus, cum de
themate dissertationis inauguralis pro summis in utroque
iure obtinendis honoribus quaererem, prae ceteris mihi
illud de testamentis factioe coniugum placuit argu-
mentum. Quanquam vero excellentissimas de communione
bonorum eiusque effectibus secundum patria iura, & qui-
dem CONSVLTISSIMORVM SIMVL AC SVMME REVERENDO-
RVM VIRORVM extare commentationes, haud me fugiat;
nonnulla tamen supersunt dubia, quodammodo extra fines,
quos sibi proposuerunt CLARISSIMI VIRI, seposita, quae,
si fata velint peracto feliciter itinere, ex fundamento &
genio communionis bonorum nostrae legalis explanare stu-
debo.*

A 3

Cum

Cum enim vel maximi momenti & summae amoenitatis PERILLVSTRIS AC CELEBERRIMI DE MARTENS, PRAECEPTORIS ATQUE FAVTORIS NVNQVAM NON DEVENERANDI praelectionibus, quibus per congressum Rastadiensem prius frui non licuit; vel itineri per celeberrimas Germaniae & Galliae provincias instituendo ob dissertationem iam nunc scribendam renunciandum fuisset; benigniter annuente ILVSTRI IVRE CONSVLTORVM ORDINE principalia dissertationis argumenta thesibus aliquot proponere eo consultius mihi visum est, quo in patriam reverso FAVTORVM SVMMO REVERENTIAE CVLTV PROSEQVENDORVM aequae ac PATRIS AMANTISSIMI hand defutura subsidia litteraria de faustiore laborum successu penitus desperare me non sinant.

THE

THESES
DISSERTATIONIS INAVGVRALIS
DE
TESTAMENTIFACTIO N E C O N I V G V M
SECUNDVM STATVTA BREMENSIA.

I.

Statuta nostra non tam ex iure scripto quam ex antiquis Germaniae a) & in primis Frisonum moribus interpretanda sunt b).

II.

a) IOH. SCHOENE Differentiae Iuris Statutarii Bremensis & iuris Romani circa successionem ab intestato. Bremae 1720. §. 26 - 32. p. 14. sq.

Cel. GEORG. GROENING de separatione liberorum eiusque fundamento communione bonorum. Gott. 1771. §. 5. p. 16.

b) Neque vilém ius Saxonicum, Lubecense, Hamburgense ac Monasteriense praebeant usum, modo caute adhibeantur. Quorum enim

&

II.

Statuta, quae sunt contra regulam iuris generalem, interpretationem extensivam haud pati;

III.

Et quantum fieri potest, ita interpretanda esse, autu-
mo, ne conflictus legum oriatur. c).

IV.

& vestitorum Bremae Statutorum cum eodem fere tempore collectio-
nes fuisse factas constet, multa sane ibi reperies, ex moribus per
maximam Germaniae partem aequo custoditis recepta. Speculum
Saxonum ante annum 1336 nostratisbus adhuc parum cognitum fu-
isse, testantur:

HAMELMANNS Oldenburg. Chronik. p. 93.

von HALEM Geschichte von Oldenburg. Th. I. p. 237.

c) Sic itaque STATUTVM XXI. apud OELRICHS vollständige Sammlung
alter und neuer Gesetzbücher der Stadt Bremen. Bremen 1771.
p. 459. non de omnibus bonis immobilibus, sed de illis tantum,
quae virilem sexum sequuntur, vel de casu singulari olim per usitato,
si pactis antenuptialibus cautum, ne intra praefixum tempus bona
coniugum communia fiant, (*Vorjahre machen*, quorum exempla
videbis apud Cel. IOH. FRIEDR. GILDEMEISTER de communione bo-
norum inter coniuges. Goett. 1775. §. 15. p. 51.) intelligendum
esse censeo. Alias enim repugnaret regulae generali STATUTOR.
VII. VIII. ap. OELR. p. 451. 52. & ORDALIS 86. eod. p. 542.

IV.

~~t. vedi~~ Communio bonorum coniugalis nobis est ius utriusque coniugi circa eadem bona matrimonii causa pro indiviso competens d).

V.

~~-non nec~~ Secundum ius Bremense finis principalis bonorum communionis legalis est, ut mortuo alterutro coniuge superstes omnia consequatur bona, & si liberi adsint, communionem bonorum cum his continuet e).

VI.

~~t. vedi~~ Communioni bonorum obnoxia autem sunt omnia coniugum bona, tam acquisita quam acquirenda, quoisque liberae eorum dispositioni subsunt f).

VII.

Vivis coniugibus voluntate alterutrius communio bonorum neque in totum neque pro parte tolli potest.

VIII.

d) GILDEMEISTER I. c. §. 9. p. 32. ibique cit.

e) STAT. VII. & VIII. ORD. 86. cit.

Cum distinctione tamen quoad feuda nobilia sive equestria & vulgaria,
secundum STAT. VIII:

*Is id ok also, dat dar manne gud is, edder deenßmanne gud,
dar schall id umme gan also en recht is vor den heren.*

f) GROENING I. c. §. 10. p. 24.

B

VIII.

Bene autem mutuo consensu g); quo casu nec liberis contradicendi ius competit.

IX.

Vivis coniugibus bona quoad proprietatem non censentur divisa; verum leges, ubique de parentum vel liberiorum portionibus loquuntur h), illas demum respiciunt partes, quae post rite factam divisionem cuique obvenirent.

X.

Morte unius coniugis bona non censentur divisa i); nec proprie hereditati, bene tamen successioni (in sensu generali) locus est.

XI.

g) Tacite enim, nisi pactis antenuptialibus vel durante matrimonio confessis aliter cautum, in communionem bonorum legalem confessisse videntur.

GILDEMEISTER I. c. §. II. p. 35.

Nihil autem tam naturale est, quam quid eodem modo resolvi quo colligatum est.

b) v. c. STAT. VIII. cit. geven synen deel & STAT. X, ap. OELR. p. 453. van synen deel.

i) GROENING I. c. §. IO. II. p. 26.

III. RVN-

XI.

Superstes itaque exercitium dominii pro indiviso acquisiti continuat k), habetque & administrationem & usum-fructum omnium bonorum; nec si sit vidua curatore sexus indiget l).

XII.

III. RVNDE Handbuch des teutschen Privatrechts §. 607. p. 501. (ed. 2.)

Alias enim plane inutilis esset dispositio STATVTI XXII. ap. OELR. p. 459. verum successio fieret secundum STAT. XVIII. eod. p. 458.

k) GILDEMESTER §. 26. p. 93. sq.

Secus ac de iure Monasteriensi, ubi, si non ad sint liberi, bona dividuntur inter supersitem & defuncti heredes.

WESTHVS de origine communionis bonorum. Gott. 1773. §. 16. p. 19. ibique cit. EMMINGHAWS Memor. Sulatens. p. 186. & 190. cf. etiam distinctionem supra not. e) ad thes. 5. observatam.

l) STAT. VII. cit. de vrouwe schall myt eren kinderen vriliken sitten an erve unde in allen gude.

Iam ab antiquissimis temporibus foeminis bona propria vel communia administrantibus etiam super immobilibus absque curatore transigendi, & hypothecas constituendi facultatem competuisse, vel ex veteri decreto ap. OELR. p. 255. ad annum 1355 apparet, ubi de curatela furiosae in hunc modum differitur:

Queme ok de vrouwe wedder to synnen, so scall se vriliken
ane vormundescap besitten mit eren kinderen, dewile dat
se sick nicht verandert.

Nec

B 2

XII.

Separatio honorum non intelligitur facta, ubi de personarum separatione constat m); nec tacita unquam praesumitur n).

XIII.

Nec repugnat, in negotiis iudicialibus prolocutore (Vorwoord, Vorsprake) saepius usus fuisse;

SCHEDEBOK, annis 1331. 1332. 1347.

Aliud enim est, quod voluntarie, aliud quod ex legis necessitate fit.

Rectissime itaque HENR. KOHNEN in diss. de maioris aetatis termino: Cap. III. §. 10. in fine:

Videmus foeminas, ait, contrassisibus, quos celebrant, cum curatore subscribere, ast nullum mihi saltem innotuit exemplum, quod negotium a foemina sine interventu curatoris peractum ideo sit rescissum.

GILDEMEISTER l. c. §. 22. p. 75. ibique cit. Patriae quondam consul meritisimus SMIDT.

Generaliter, perpetuam mulierum curam in septentrionalibus Germaniae regionibus minus usitatam fuisse, demonstrant Pomeraniae & Marchiae leges, quae in foeminarum iubitione ponunt, curatorem sibi eligere velint necne.

MEVII Decis. Part. V. dec. 99. STRYK Uſus mod. L. III. Tit. I.

§. 5.

m) Veluti per separatam a filiis institutam oeconomiam, vel per filiarum nuptias. Quare si filius vel filia, antequam portionem suam statutariam

XIII.

Ad illam pater cogi nequit, nisi in casu Statuti VIII., quando male administrat bona communia; quod ob rationis paritatem etiam ad matrem extenditur o).

XIV.

Extra hunc casum mater ad separationem cogitur:

1. liberis maiorenibus portionem statutariam cum proximorum consensu exigentibus p),
 2. quantutariam accepisset, vivo adhuc patre vel matre, diem obiret, ius suum in coniugem (privignum vel nurum) nequaquam transmittenet.
- Obstat enim STAT. VII. cit. quod, superstitis parentis & liberorum successionem esse reciprocum, ait.

De Kindere de ok myt der Moder blivet ungedeelt, de beervet malik den anderen: de Moder den Kinderen, unde de Kindere de Moder dhe ungedeelt syn.

Viduae autem iura magis restricta esse, ita ut & ante separationem liberis ius competat, portionem sibi debitam, si nuptias contraxerint, in coniugem transferendi, afferit GROENING I. c. §. II. p. 27. allegataque sententiam maxime singularem de anno 1511; quam tamen aequitati potius quam stricto iuri conformem puto.

- n) Tacitam non praesumi separationem, docet quoque singularis, qui STATVTO XXIV. ap. OELR. p. 454. continetur, casus.
- o) Quo etiam spectare videntur verba STATVTI VII. cit. Holt sick de vruwe w ol unde erliken.

GROENING I. c. §. 24. p. 47.

Py STAT. VII. Heft de vrouwe enen son, de to synen jaren komen is, unde eschede de synen deel &c. Heft de vrouwe ene dochter de also verne komen is &c.

B 3

2. quando ad secunda vota transit q).
 3. si sit noverca, statim post mariti mortem r).

XV.

Per successionem Statutis VII. & VIII. nec non Ord. 86.
 definitam non omnem mortis causa dispositionem penitus
 exulare, docent Statuta X. XI. & XIII.

XVI.

Quae tamen secundum thesin nostram III. ita interpre-
 tanda esse censeo, ut quam minime regulae generali & per
 consequentiam iuri quae sito superstitis (cf. thes. XI.) derogent.

XVII.

q) eod. *Will se ok enen man nemen Et. STAT. XXII. So ene wedewe were Et.*

Attamen odio potissimum secundarum nuptiarum hanc legem esse
 scriptam neutquam credo, quanquam, veteribus Germanis maximam
 viduarum honeste viventium fuisse venerationem, inficias non ierim.
TACITVS de situ morib. & pop. Germaniae. cap. 9. VAL. MAX.
lib. XI. cap. I. 3.

RVNDE I. c. §. 612. ibique not. a) cit. autores.

Principalis statuti ratio in aprico est: cum enim mater binuba in
 secundi transeat potestatem mariti, ideoque bonorum administratione
 privetur, lege praecavendum erat, ne liberorum bona extraneo vi-
 trico committerentur.

Egregie rem explicat GROENING I. c. §. 24. p. 49.

r) STAT. VII. & VIII.

GROENING I. c. §. 26. p. 52. sq.

XVII.

Testamentisactio namque illa arctis est circumscripta
limitibus, cum nec de quibuscunque bonis, nec in cuius-
libet favorem disponere fas sit.

XVIII.

Generaliter enim Statuto XI. interdictum est, immo-
bilia ne conserantur ad ecclesiasticos s).

XIX.

Statuta X. & XI. illum solummodo casum respicere
videntur, quando alter coniugum, sive solus t) sive cum libe-
ris supersit, testari velit.

XX.

s) STAT. XI. ap. OELR. p. 454. verbis: *So se dat er ve nichten vor-
kopen edder vergheven ghesieliken luden.*

cf. ORD. 84. ap. OELR. p. 541.

Conspirant:

1) Schraa Susatens, nova, art. LXIX: *So soll kein man ofte frauwe
ir gute, dat binnen Soiſt ofte binnen der Veldmarkete gelegen is,
verkopen ofte vergeven in geiſtlike ofte geſte haende.*

cf. art. LXXXVIII.

EMMINGHAUS Memorabilia Susatensia Parte III.

2) Iustitiae Lubecenses: *Nemini licet, bona sua conferre ecclesias,
quin ea vendat pro argento & illud conferat ecclesias.*

WESTPHAL monumenta inedita Tom. III. p. 625.

t) STAT. X. principio, ap. OELR. p. 453. *So welk man er v en heft,
de mag bi synem funden live edder in synem sukbedde wech geven
synen deel, de eme to boren mach van alle synen gute wor he wil.*

Equi-

XX.

Priori nempe casu de aquaestu stricte sic dicto v) & ex aquaestu comparatis mobilibus bonis x) pro lubitū disponere licet; cetera autem proximis ab intestato heredibus relinquenda sunt.

XXI.

Equidem sub voce *erven* etiam uxorem comprehendi vix crediderim.

cf. tamen GILDEMEISTER I. c. §. 24. p. 78. sq.

Cel. HENR. LAMPE de testamenti factione Bremensi, Goett. 1770.

cap. II. §. 4. p. 65. sq.

v) STAT. X. *Is he ok sunder wif unde sunder hindere, so mach he all syn gud, dhat he myt synem arbeide ghewunnen heft, gheven so wor he will.*

Conspirat ius Lubecense lib. I. tit. 9. art. 2. quod hereditaria bona absque proximorum consensu vel inter vivos, (cf. STAT. Brem. 45. ap. OELR. p. 469.) vel mortis causa alienari vetat. Hereditaria autem bona ibi lib. I. tit. X. art. VI. vocantur omnia tam mobilia quam immobilia, mortis causa a parentibus vel consanguineis acquisita.

cf. etiam Ius Hamburgense Parte III. tit. I. art. VII. & VIII.

x) Sententia ao. 1493. lata: *Dat ene vrouwe de nen en man hadde, unde nen unberadene kinder, wol mochte setten ein testament und geven ere beweglike guderien in Gottes ehre ofte anderen vrunden, so weisse se wolde. Uhtgespraken (i e. exceptis) upstaende erve liggende grunde scholde men holden na lude unses bokes.*

SCHRDE-

XXI.

Si vero heredes ei non sint, de quibuscumque tam mobilibus quam immobilibus bonis dispositio valet.

XXII.

Altero casu si adsint liberi, & quidem separati y), de portione sua statutaria mortis causa disponere licet.

XXIII.

SCHEDEBOK fol. 68. a.

Item de ao. 1507: So als Clawes van Horue af einer syde hadde geklagt vor dem Rade um L Bremer mark, de de zalige Hermen by dem Waghe hadde to geteckenet synen kinderen in testamente Es. — Nademe dat nich bewyslik is, dat Hermen sodane L mark mit synem arbeyde gewunnen heft, so schall de Ghiste machtlos syn.

Conf. DE BYREN DENKBOK p. 39.

& de 1547: Als dat daruth de gifte in testament bestund, so wyt sick de sulven beweglichen gud verstreken gemeinhnt uerden scholen, aver upstaende erve, ok liggende grunde, ok segell und breve in upstaende erve und liggende grunde sprekende, was se den nagelaten, scholen defenigen folgen, de sick am neghesten vor erven dar tho teen kunnen.

SCHEDEBOK fol. 162. b.

y) STAT. XI. cit. So wor en unse borghere is ane wif edder en unser borgersche ane man, de ere kindere hebbet van eme delet edder beraden, de mogen wol mit ereme gude ofte mit ereme erve (?) dat en blift, don so wat se willet.

C

XXIII.

Plane diversa autem quaestio est, testamentifactionis
quaenam sint iura, si alter in communione bonorum consti-
tutus adhuc superfit coniux? Statutum XIII. in hocce casu
uxori per modum privilegii de nonnullis tantummodo vesti-
mentis disponendi facultatem tribuit z).

XXIV.

cf. quoque STAT. X. cit. verbis: *synen deel de eme to boren mag van
alle synen gude.*

An etiam de bonis hereditariis vel immobilibus? non liquet; in
diffensu tamen statutorum aequiorem sententiam amplecti consultius
videtur.

LAMPE I. c. cap. II. §. 3. p. 63.

cf. etiam decretum de ao. 1334. ap. OELR. p. 246. quo generaliter
cautum: *Upstaende erve, liggene grunde mag men nenerley wise
entferen ok nicht entgeven (ultima omissa sunt apud OELR.) den
rechten erven.*

z) ap. OELR. p. 454. *Heft ene vrouwe enen man unde wert je seek, se
mach geven dre stücke van eren besten clederen wor dat se will myt
allen dinghen also also dreghen heft, sunder bratsen, xente man
de affspannen mach. Were dat ok also, dat ere elderen edder
ere vrunt ere noch cledere geven scalden, de mach se geuen
li: er wis, also se se dreghen hadde £c.*

An itaque uxoris dispositio semper ad numerum trium optimarum
vestium sit restringenda, ex postremis STATUTI verbis merito dubi-
tatur.

XXIV.

Ceteroquin eorum sententiae, qui, praeter hocce speciale beneficium in alterius coniugis praeiudicium non valere testamentum, contendunt, eo libentius accederem, quo, secundum principia generalia a), unius voluntate communionem bonorum tolli non posse, persuasum mihi sit.

XXV.

Quibus tamen dispositio, qua demum post finitam morte superstitis communionem bonorum extraneo cuiilibet in praemortui disponentis portionem statutariam successio defertur, minime adversari videtur.

XXVI.

tatur. Prior namque statuti pars ea, quae uxor in dōtem accepit, vel durante matrimonio sibi comparavit, vestimenta respicere videtur.

Ab ornamentis, quae sub nomine bratsen veniunt, adhuc distingui ea quae smyde audiunt, testatur sententia de 1343. ap. OELR. p. 241. *Uppe vrouwen smyde, van clederen gesneden.*

a) cf. supra thes. 5. 7. 10. 11. 16.

LAMPE l. c. cap. II. §. 2. p. 61. sq.

C 2

XXVI.

Nec refert, an ex principio Statuti X. privilegium speciale mariti b), viva adhuc uxore, de portione sua statutaria mortis causa disponendi colligas, modo ita explicetur, ne in huius praeiudicium vergat.

XXVII.

Diem itaque eius, quod durante adhuc communione bonorum per mortis causa dispositionem a marito relictum est, nonnisi penitus sublata communione cedere ac venire, contendeo.


b) LAMPE I. c. cap. II. §. 4. p. 65. sq.


ULB Halle
002 692 058

3

S.b.







B.I.G.

Farbkarte #13

Black

Cyan

Blue

Green

Red

Magenta

White

3/Color

Black

ES SELECTAE
ONIS IN AVGVRALIS

DE
ACTIONE CONIVGVM
STATVTA BREMENSIA

QVAS
ICIIS REGIIS
EX DECRETO
CONSVLTORVM ORDINIS
RO SVMMIS
E CONSEQVENDIS HONORIBVS

CE DEFENDERE
CONABITVR
ERMANNVS DE POST
REMANVS.

APR. cccc.

GOTTINGAE,
ICINA GRAPIANA.